

1009  
Feria Sexta Ante Paschum.  
Sancti Matthei: Iudicium  
Bannitum Expositum: Anno.  
domini 1556.

Coram hoc iudicio personaliter comparens, Honoratus Simon Viemer Substitutus plenipotens ab honesto Joanne Lusch servitore et plenipotente Camerarij domini Nicolai Redinger Junioris, Civis et Mercatoris, Vratislaviensis, quam eiusmodi substitutionem, sufficienter comprobavit, litteris patentibus Consulum Civitatis Cleparchensis, de data Feria secunda in Crastino Sancti Stanislay in Mayo Anno 1552 Vigore eiusdem Plenipotencie habens potestatem aliud vel plures quotquot opus fuerit, loco sui substituti, in omni meliori via et forma quibus de Jure fieri convenit, loco sui substituti, et plenipotentes atque mandatarios Honesto vobis Valentinus de Rudzoyow et Bartholomaeum Lusch primum exhibitores utrosque annuuntius et divisim omnium et singulorum negotiorum, quae eidem sunt principalis huius et ubique locorum, praecipue tamen in incliso Regno Polonia omnibus et singulis prouincijs ducatibus, Ciuitatibus oppidis, et villis, ad supra dictum Regnum pertinentibus, habet debita exigendi, Jure suo amicabile compositionis, percipiendi, de eis questandi, horum gratias et dona, debitorum ipsius principalis sui ubique locorum, ea repererit, Jure admodum credendi, creduntque pro sua consuetudine, et Jure exuentia, prosequendi, et respondendi Jura.

mentis, in fidei constituentis officium præstandi, suscipiendi  
procedendi & amittendi, quædam hanc sententiam  
quasvis suscipiendi, a in suscipiendi appel-  
lanti appellatiombus hanc aram sacra magis  
pate regis, prout necessitas tulit, proseguendi  
omnes et singula alia faciendi, agendi, petendi  
cetera quæ principalis ad hoc ageret

ex actis ad  
uoc. Crac  
descript

1636  
Martino Weigero Episcopo Cameracensi,  
obijt ad 1556. 8. Oct.

In tumba hi inveniuntur Versiculi.

Hoc timido placide Martini membra quiescant  
Weigero de quo pauca viator habet:  
Stemmata si clarum faciunt et nomen avitiorum  
Hic multos inter summo habendus erit.  
Sacrifici magno verbi flagrabat amore  
Volebatq; sacros nocte dieq; libros.  
Et quod præcipuum dicas in Cracile ming  
Inspector Christi fidei oculus erat.  
Nulla pijs verbi præbebat dona ministris  
Et quæ dicitur sacra theatra colunt  
Non hoc iusticia non pacis amantior alter  
Non ad congressus promptior alter erit,  
Eloquio multum patio in sermone valebat  
Et poterat prompte verba latina loqui.  
Imprimis casti mores et vita fuerunt  
Cavit ne potu languida membra forent  
Cetera prætereo, quæ si numerare studeam  
Non foret hoc saxum parvum charta capax.